


Wd. 67



- 1) Ludolph Hugo de Statu regionum Germaniae p.
- 2) Springer de pace religionis
3. Geisler de titulo: Nos Dei gratia. dis. duae.
4. Schleanstein de gratia principis.
5. Weidlingü illustiores controversiae iuris publici.
6. Thomaeus de Statuum imperii potestate legislat: y ius  
comune.
7. Boettiker de Secularisatione.
8. Naeuius de potestate principis circa iurisdictionem  
et discipl. ecclesiasticam.
9. Fribner de iure legitimandi principū imperū.
10. Werner de <sup>regali</sup> vestigalium iure.
11. Rhetius de iure portuum.
12. Eichel de aucupio eiusq. iure.
13. Reichenberg de compendius principū ex iure Rom.  
ad habitum territor. germanicorum.
14. Stigliz de imutabilitate primogeniturae.
15. Schoepfer de alimentis et dote filiorū nobileū.
16. Ziegler de iure exigendi collectas ad elevationem  
filiarum illustrium.
17. Mencke de insidiis vasalli in dominum.
18. Idem de feudo ex pacto cum simultanea inuestiturā  
alienabili.
19. Conradi de iure retractus in bonis mercandiciis.
20. Thulemarius von du fuge. vnder St. Georgii in Blantz  
Fogelbaude
21. Kirchneri de publica



EXERCITIVM ACADEMICVM 13  
DE  
**AUCVPIO EIVS**  
**QVE IVRE**

Quod

DIVINA FAVENTE GRATIA,

Sub Præsidio

**DN. IOHANNIS EICHELII**

**JCTI** celeberrimi, Pandectarum in Illustri hac

**JV LIA** Professoris Publici & Ordinarîi &c. &c.

Dn. Patroni, Præceptoris ac Promotoris  
plurimum observandi

Ad diem **II X.** Mensis Junii

*Publicæ Eruditorum disquisitioni subiicit*

**Bertram von Brawerdinghausen**

Auctor.



**HELMSTADT,**

Typis **HENNINGI MÜLLERI**, Acad. Typ.

ANNO ab orbe redempto **CLC LXXII.**

AVGVSTINVS

DIVINA FAVENTE GRATIA

Sub Titulo

IN HOC VOLUMINE



AVGVSTINVS

Typis Henrici Müllers, Acid. Typ.





miserabili primorum parentum lapsu valde sit im-  
minutum; illa tamen naturalis si non omnium,  
saltem plerorumque & eorum generosissimorum  
hominum inclinatio non obscure natales suos &  
primævam originem videtur trahere ex illa divi-  
na primis parentibus nostris divinitus concessa  
dote. Hanc sententiam quo minus amplectamur,  
non movent, quæcunque rationes, vel ab utilita-  
te, vel corporis sanitate, aut educationis etiam  
ratione forsan proferri possent. Quamquam e-  
nim hisce non omnem vim alliciendi animos no-  
stros ad persequendas feras denegemus; nihilo-  
minus manifestum est, longe majorem animi im-  
petum & quendam quasi naturæ instinctum in  
multis apparere. Et hæc quidem, licet ad omne  
ferarum genus consectandum nos instigent; quam  
maxime tamen ad illud pernix volucrum avium-  
que genus, quod manibus nostris tanquam terræ  
affixorum hominum prorsus exemptum videtur,  
capiendum nos impellere videntur. Nobilissimæ  
itaque illius & amplissimæ materiæ, quæ de cap-  
tura ferarum agit, hanc particulam de Aucupio  
decerpere, & pro ingenii modulo Exercitii Aca-  
demici loco in publicum emittere volui. Ne au-  
tem incerto ordine vagemur, placet more illo,  
quò scientiæ, præsertim vero Juris, traduntur,  
primò omnium ea evolvere, quæ ad vocum, quibus  
nos



uti necesse est, vel notitiam vel ambiguitatem, vel & rei denique, de qua nobis omnis sermo est, descriptionem & Divisionem pertinere videbuntur; tum de origine ejus agemus, ex quo scilicet jure ortum suum traxerit; Et cum nullum jus per rerum naturam absque rebus & personis esse queat, quæ certo modo inter sese habere debent, tertio capite de personis, quarto de rebus, quinto de modo; & cum jus semper ad aliud referatur, ultimo loco de fine & effectu aucupii agemus.

## CAPUT I.

*De Nomine Aucupii, ejusque Definitione & Divisione.*

### THESIS I.

**A**ucupium Latio indigenum, communiter verò compositum ex *ave* & *capio* esse creditur. Quod tamen alijs, quos inter celebris vocum censor Buchnerus, arridere non videtur, qui simplex illud vocabulum esse, & à radice *auceps* non secus ac *mancipium* à *manceps*, deductum, plausibili criticorum assensu, contendunt. Nobis utut hæc posterior originationo verosimilior censeatur; piaculo tamen protinus vertere non possumus illis, qui ejusmodi allusionum elegantias invenire satagunt, quæ significandi vim luculentiorum exprimunt. Vti enim omnes voces propter res, quas exprimere tenentur, sunt inventæ; ita illæ originationes, quæ significandi vim propius seu expressius ostendunt, si non veriores, certe jucundiores sunt.

II. Synonyma suæ nationis, quod nos sciamus ex-  
 ara aucupationis verbum, vix habet. Wesenbecius quidem  
 ff. de acq. rer. dom. n. 7. adserendo: *Venationem, piscationem*  
*& aucupium in tractatu de acquirendo rerum dominio pro uno*  
*eodemque jure poni, adductis in hanc rem l. 2. & 3. de A. R. D.*  
*§. fera Inst. Eod. item l. 13. §. fin. in fin. de injur.* quibusdam  
 venationem, piscationem & aucupium *συνομασ* accipi,  
 docere videtur: Quod si ita est (dubitat autem hac de re  
 oculatissimus ejusdem censor Bachovius *in not. ibid.* recte  
 beato nostro Dn. Hahnio animadvertente) valde fallitur;  
 Nec enim allatæ leges hoc evincunt, & aperta ratio refra-  
 gatur. Venatio quippe aut est vox generis, & tunc qui-  
 dem aucupium non negat, sed sub se ut speciem continet.  
 Exinde autem si quis statim synonyma conficeret, genera  
 & species synonyma diceret, latum & strictum, rem can-  
 dem, quod absurdissimum; aut est vox speciei, & aucupio  
 & piscationi opponitur, eique contra distinguitur, vena-  
 tionem ferarum terrestrium ab his plane diversam signifi-  
 cando, quod synonymorum naturæ directò repugnat.

III. Germani Nostri patrio sermone appellant den *Vogel-  
 gelfang/ Vogelweid werck/ Vogelherdts recht/ confer. Ehrstl.*  
*Sachs. Landsord: tit: von Vogelshen. item das Federspiel*  
*Noe Meurer. par. 2. des Jacht und Forstrechts p. 35. vers.*  
*also auch &c. quod tamen & venationem denotare solet.*  
*Alij etiam ein Vogelheerdt/ Vogelweide indigitant. Paul.*  
*Math. Wehner. Observ. pract. lit. V. voce Vogelweide statim in*  
*princ. ibi: Vogelherdt/ Vogelweid/ item est, quod jus aucu-*  
*pui & aucupium, das recht haben Vogel zufangen/ einem Vo-*  
*gelherde zu bevogeln haben.*

IV. Quod autem aliàs alijs plerisque accidit voca-  
 bulis, idem & nostro mansit fatum; pluribus quippe, in  
 diversa tamen significatione, rebus tribuitur, estque ex eo-  
 rum

rum numero, quæ Philosophi *equivoca* vocant. Modò enim (1) *Metonymicè* ponitur pro ipsis captis avibus, in aureo L. An. Senec. *de provident. libel. c. 111: quid ergo? felicior esset, si in ventrem suum* (Fabritium putat:) *longinquioris pisces, & peregrina aucupia congereret?* Modo (2) *metaphoricè* denotat verborum juxta literæ rigorem, uti loqui consueverunt, expositionem: Sic Cicero *verborum aucupium* dixit, & Constantinus: *Syllabarum aucupationes* in l. 1. C. *de formul. & impetrat. act. sublat.* Modo (3) *proprie & primario* notam illam venationis speciem, quæ est ferarum volucrum, & hoc modo vel in actu primo, jus illud occupandi, vel in actu secundo, ipsam occupationem significat.

V. *Huc* pertinet Nobil. Struvii definitio, quod sit: *captura volucrum jure gentium nemini denegata. Syntag. Jur. Civ. Ex XLI. § XI. conf. Rebhan. Hodog. jur. chart. 1. clim. 2. parat. 2. n. 25. & 26. Illuc* verò celebris illius Icti Florentini Sebast. Medices, quod sit: *Exercitium ordinatum ad captionem avium tract. de venat. pisc. & aucup. part. 1. quest. 1. n. 1. cum quare & verbis coincidit Georg. Mohr. de Nigromonte. descriptio tract. eod. part. 1. cap. 1. n. 10. Nec multum discrepat. Hieron. Arnold. Rath. Prof. olim ingolstadt: Aucupium est avium atque id genus volatilium justa persequendi facultas. Diss. de jur. venand §. XCI. Nobis erit: *Ius consecrandi & occupandi feras volucres, naturali libertati relictas. vel: Ius, quo feras volucres, sua naturali libertati relictas, nec civili aliqua lege prohibitas, dominio nostro subjicimus.**

VI. Hocce verò nostrum aucupium, communiter nunc in *majus & minus* distingui solet, idque modo potissimum duplici, vel ratione ipsarum avium, vel formæ accidentalis: *Hujus intuitu majus* dici consuevit, quod fit falconibus,

nibus, mit Falcken und Blaufüssen *Minus* verò, quod alijs ignobilioribus avibus & amite peragitur, die beiß mit dem Habich/ dem Sperber/ mit befangung der Vogelherdt/ dem Baumgericht/ dem kauenem floben der leimruthen &c. vid. Meurer. dict. Forst und Jachtrecht/ part. 3. sub. rubr. von Federwildtprat. vers. zum andern & vers. doch dieweil. item part. 4. sub rubr. wie weidemannisch vers. das Jagen p. m. 70. *Illarum* verò ratione, *majus* comprehendere dicitur omnes aves majores & nobiliores, wilde Gänse/ Schwanen/ Anten/ Aurhanen/ Trappen/ Bierckhanen/ Raiger/ Kranichen/ Rabhüner &c. item quorundam moribus: Krammesvögel/ Halbvögel/ Amsel/ Drosel/ Zemmer/ Wachteln &c. (quæ tamen ab alijs minoribus accensentur) *Minus* verò minores & ignobiliores, ut Lerchen/ Fincken/ Zeislingen post. Gyland. lib. 1. Decis. 49. n. 9. Wehner *Thesaur. practic.* voc. Vogelweide / p. 649. col. 2. Struv. *Syntag. Jur. Civ.* Ex XLI. §. XII. Nos ut aliàs, sic & maximè hîc, locorum consuetudines consulendas putamus. Uti enim jure naturali, ut paulo post dicitur, captura avium & majorum & minorum in universum omnium omnibus est permissa; ita distinctio illa inter majores & minores vel legi positivæ expresso consensu promulgatæ, vel consuetudini etiam tacito consensu inductæ in plerisque locis debetur. Quænam autem inter majores vel minores sint referendæ, itidem tanquam res magna ex parte indifferens, dubio non caret. Neque enim liquido constat, unde majores illæ sint æstimandæ; an ex corporis magnitudine tantum, & quanta illa magnitudo esse debeat; quæ, si certitudo aliqua haberi debeat, determinanda esset; an ex præstantia carnis, aut difficultate capiendi illas aves, aut etiam raritate illarum avium. Milvi enim & corvi sunt sic satis proceri, sed nemo eos ad aucupium majus temerè retulerit. Quum igitur hæc omnia sa-  
tis

tis sint incerta, nisi vel lege positivâ determinantur: vel etiam consuetudine constanti regulentur, apparet liquidò in his indifferentibus rebus potissimum consuetudinem esse spectandam.

## CAPUT II.

### *De Origine aucupii* VII.

**N**otitur autem *Aucupium nostrum*, nobilissima illa venationis species, *ipso jure Naturæ*, cujus ductu illa, quæ nullius in bonis sunt, qualia etiam per naturam, nulla aliqua civili constitutione interveniente, sunt feræ volucres, libere in aere degentes, naturali ratione occupanti cedunt. H. Grot. *de jur. bel. ac pac. Lib. II. cap. VIII. num. 1. & 11.* Eo ipso enim dum naturæ autor generi humano dominium in universum rerum sublunarium ambitum concessit, singulis quoque individuis humanis permisit illam potestatem, omne id, quod in libertate naturali permansit, neque à quoque captum & in suam potestatem jamdum redactum est, apprehendendi & in suam proprietatem redigendi, à cujus usu postea omnes reliquos, qui non ceperunt & laborem illum in capiendo adhibuerunt, excludere possunt. Cum ergo aves dicto modo communes sint omnibus, cunctisque eas occupare sit permissum, non poterat non ratio naturalis huic, qui cepit, avem ita addicere, ut reliqui intelligerent, se omnes esse exclusos, & improbè communionem illius avis captæ petere, quando quidem ipsis quoque industriâ suâ eandem commoditatem sibi acquirere concessum erat.

VIII. Hinc & ab Isidoro adquisitio eorum, quæ terrâ, cœlo marique capiuntur, inter exempla juris naturæ,

B

cum

cum viri & foeminae conjunctione, liberorum successione & educatione &c. diserte refertur *c. jus naturale VII. Dist. 1.* Et Arist. *1. Polit. c. V.* venationem sylvestrium animalium justissimam dicit & maxime naturalem, quia per eam homo sibi vendicat, quod est naturaliter suum. conf. Cicer. *lib. 1. de legib.* Horman. *ad §. fera inst. de R. D. enun. 1.* Adeoque recte contendit acutissimus Bachovius *in not. ad VVe- senb. de acq. rer. dom. n. 8.* captivitate ferarum, quarum aves & volucres partem faciunt non infimam, & capiendi eas jus cum ipso genere humano cepisse. Dom. Soto, *lib. 4. de l. & l. quest. 2. art. 1. & q. 46. art. 4.* Thom. *22. quest. 64. art. 1.* Covarr. *part. 2. relect. reg. peccatum §. 8. n. 1.* Mohr, *d. part. 1. c. 1. n. 28.*

IX. Scimus quidem Doctores hic communiter a nobis discessum facere, quod venationis nostrae causam & originem ex jure demum gentium repetere, unanimi ferè consensu videantur, nisi imprimis textu, ut videtur, aper- tissimo in *§. fera 12. inst. de R. D.* ubi Imperator Noster feras bestias, volucres & pisces, & omnia animalia, quae mari, coelo & terra nascuntur, simulatque ab aliquo capta fuerint, *jure gentium* statim illius esse incipere, luculentis- sime tradit. Deinde quod *jure Gentium* demum coeperint dominia per *l. 5. ff. de l. & l.* & communem Doctorum doctrinam; Aucupium verò seu occupationem avium esse modum acquirendi dominium extra dubium est & in vul- gus notum. Ludwel. *Disp. ad Inst. IV. §. 5. & Comment. ad §. 12. Inst. de R. D. n. 2.* Sebast. Medic. *d. part. 1. q. 2.* Sed forsitan penitus rem inspecturi, deprehendent apud plerof- que, non tam in re ipsa, quam verbis esse dissidium.

X. Jus enim Gentium, de quo imperator vel potius Tribonianus in *d. §. fera* loquitur, revera à jure Naturæ ne quidquam differt; sed illud ipsum jus naturæ est. Gentium  
verò

verò jus in hoc & alijs tam juris textibus, quam bonorum  
autorum locis dicitur ratione subjecti tantum, quia *omni-*  
*bus gentibus* à Deo per rectam rationem est præscriptum,  
elegantissime pro more suo docente *Magnif. Nostro Dn.*  
*Conringio, præceptore meo pie devenerando §. XI. & XXIV.*  
*Disp. de Legib.* Quod enim ratio naturalis tam per princi-  
pia practica communia & indemonstrabilia, quam per con-  
clusiones easque & propinquiores & remotiores, si modò  
necessario ex talibus principijs deductæ, constituit, illud  
omne ad jus naturæ pertinet: solidissime demonstrante in-  
signi nostro Philosopho B. Hornejo. *lib. IV. Philos. Moral.*  
*c. III. n. XXV. in fin. & seq.* At ut id, quod ante nullius  
est, ut sunt feræ volucres, libertati naturali plane relictæ,  
occupanti cedat, ratio naturalis constituit, vel ipso hîc  
§. 12. adserente Imperatore: Ergo quod tales feræ volucres  
occupanti cedant, ad jus naturæ pertinet, & aucupium,  
quod in hac occupatione consistit, juris naturæ erit.

XI. Unde & passim Dd. expressè hoc, quod de oc-  
cupatione seu aucupio juri gentium ad scripserunt, alibi in  
quibusdam locis juri naturæ tribuunt. Sic laudatus Me-  
dices *d. q. 2.* primò quidem ad quæstionem illam: *quo jure*  
*inventæ venatio?* (cujus aucupium nostrum species) *juris*  
*gentium esse n. 1.* respondit. *n. 3.* verò dicit: *Summus enim*  
*Deus omnia animalia creaverit in hominum usum & cibum c. 1.*  
*Genes. fac. l. in pecudum ff. de Usur. & Cic. lib. 3. de finib. cum.*  
*que hæc omnia animalia communia ipsa natura fecerit, plane*  
*licet per eandem naturæ legem cuilibet primo capienti ea sibi ac-*  
*quirere. conf. Hotman. ad d. §. fera Inst. de R. D. enunc. 1.*  
*Boecler. in Proleg. Grot. & in not. ad Lib. 1. c. 1. §. 14.*

XII. Quin ipsa jura civilia, eorumque compilatores  
hæc evidenter confundunt, Ne alia jam quidem adduca-  
mus, ex institutis de J. Naturali Gent. & Civ. §. 1. lucu-  
lenter

lenter apparet, id vocari jus gentium, quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, quodque apud omnes gentes peraeque custoditur §. vero 11. ejusd. tit. idem id attribuitur juri naturali his verbis: *Sed naturalia quidem jura, quae apud omnes gentes peraeque observantur, divina quadam providentia constituta semper firma manent.* Quod enim naturalis ratio constituit & quod inter omnes aequae custoditur, id & Naturæ & Gentium jus appellant. Nec sine causa. Tametsi enim in l. 1. §. 4. ff. de l. & l. differentia inter jus naturale & Gentium ea adducatur, quod naturale omnibus animalibus etiam brutis sit commune, Gentium verò hominibus proprium; illa tamen omni caret fundamento. Quamvis enim non malè sic intuleris, cujus juris imaginem in brutis cernere licet, id non immerito naturale appellaveris; cum solum natura, ejusque instinctus in brutis dominetur: civilis verò aut positiva lex plane nihil possit. Non tamen à contrario sic inferre licebit: quodcunque hominis proprium est, etiam nullà accedente positione humanà, id naturale non erit. Cum nullos alios fontes juris agnoscamus, nisi in universum duos; Naturam nempe, scilicet naturantem & hominem; adeo, ut quicquid juris in universo terrarum orbe reperitur, id omne vel à natura tantum, scilicet tam per prima principia quam ex illis faciles & primas consequentias, vel ab homine & ejus libera voluntate sit profectum. Quo sensu Stagirita Lib. v. Ethic. rectissime omne jus, quo civitas utitur, vel *Naturale*, vel *positivum* dicit; & hoc vel civile proprie dictum, vel gentium erit.

XIII. Volunt nonnulli huic dubio lucem afferre, adhibitâ vulgari distinctione inter jus primævum & secundarium Gentium. Cum verò alterum membrum distinctionis vulgatæ, nempe secundarium jus gentium, sit ex ijs, quæ ex rectæ rationis & Aristotelicis principiis, præmissa sunt, valde



de suspectum, certè non ejus roboris aut evidentia, ut à do-  
ctioribus, qui non nomina sequuntur, sed res ipsas expen-  
dunt, assensum impetrare queat. Haud artinet argumen-  
ta illa, quæ ex *l. 5. ff. de iust. & iur.* ducuntur, operosè  
refellere: præcipue cum neque in Ictorum priscorum, ex  
quorum fragmentis lex illa 5. compilata est; neque in Iu-  
stiniani, aut ministrorum ejus, quorum operâ in colligen-  
dis juris voluminibus usus est, potestate fuerit, vel jus na-  
turale, vel gentium condere, vel id, quod juris naturalis est,  
Gentium juri, vel quod Gentium est, Naturali adscribere;  
hæc enim & vires & arbitrium humanum excedunt. Licet  
itaque Hermogenianus Ictus in d. l. asserat, *Dominia ex gen-  
tium jure orta esse*; cum dominiorum imago in bru-  
tis non cernatur, nihil tamen aliud vult, quam quod ex  
illo jure, quod apud omnes homines peræque custoditur,  
& in usu est, dominia ortum suum habeant; ast hoc ipsum  
jus, quod pleræque gentes observant, naturale esse, antea  
diximus ex ipsis institutis. Ut plane nihil absurdi sit ex im-  
motis principiis Aristotelicis, Jus gentium partim ex na-  
turali, partim ex positivo constare, tamen si nullum inve-  
nire liceat supremam potestatem, quæ omnibus gentibus  
jus aliquod possit præscribere; neque ex ulla historia vel  
minimum vestigium depræhendamus, gentes unquam in  
unum convenisse & ad modum conventionis saltem & pa-  
cti (cum potestas & imperium deficiat) certum aliquod  
jus à gentibus observandum sanxisse. Verùm quicquid  
hujus est, id omne tacito usu populorum est inductum, &  
quidem partim ex eo, quod naturale appellamus; partim  
ex eo, quod legitimum seu positivum vocamus.

XIV. Ex quibus apparet id esse *jus naturale*, quod,  
si originem ejus spectes, à Natura profectum est, sive eò  
utantur omnes homines, sive saltim moratiores, sive Resp.

una & altera, sive una civitas, imò vel unus vel alter hominum; econtra verò id esse *jus legitimum* seu *positivum*, quod ab homine ejusque liberrima voluntate traxit originem, sive eò utantur omnes item homines, sive pauci, sive pleræque gentes, sive pauciores, sive unus vel alter saltim hominum. Cum hîc origo, non usus, qui ex accidenti est, spectanda sit. Quod quidem temporibus antediluvianis usu venisse disertè Codex sacer testatur. Tanta enim erat malitia illorum mortalium, ut à nemine fere jus Naturale coleretur, si Noachum cum suis domesticis, nec forte omnibus, exceperis. Certè si tum temporis jus vel Naturale, vel Gentium ex usu æstimare voluisses, necesse fuisset fateri aut omne illud jus ex orbe fuisse eliminatum, aut à solo Noacho cum suis id ipsum fuisse cultum. Adeoque minus difficultatis habet illa ex allegata *l. s. ff. de I. & I.* deducta ratio; nondum enim hætenus inter Doctores, de vero & genuino ejus legis sensu liquidò constitit: Quidam enim per jus gentium ibi, illud gentium jus intelligunt, quod doctrinæ causâ, apud quosdam primævi meruit epitheton; illud autem à jure naturæ non esse diversum, communis est sententia, uti pluribus jamtum est dictum.

XV. Manet ergo & stat adhuc sententia: aucupium nostrum jure naturæ niti, eoque non obscure fundari; Quod tamen eò trahi non debet, quasi natura jus seu facultatem illam occupandi omnibus hominibus ita attribuerit, ut quibusdam illud adimi, vel in quibusdam saltim restringi non potuerit; illa enim occupandi facultas, seu jus, ut naturaliter omnibus quidem permissum non tamen ita convenit naturali rationi, ut ejus ademptio vel saltem restrictio sit turpis & injuriosa; sed occupatio illa, per quam fit aucupium, si modò habile & debitum ejus ad sit  
obje-

objectum, volucres nempe nullius juri obnoxiae, adeoque verè nullius, ita naturali rationi congruit, ut tali occupatione occupata volucris sine injuria occupanti adimi nequeat Grot. d. tract. lib. 11. c. 11. n. 11. 1. *Ruichen de Saxonia non. provoc. jur. voc. Walde/ Wildbahn/ Jagten c. 4. n. 179.* cum jus illud non homini in individuo, sed generi humano sit indultum, quod postea vel necessitate vel utilitate ab ijs qui hanc habent potestatem, variè determinari potest.

XVI. Unde etiam citra injuriam utilitate rerum publicè exposcente summæ illarum potestates, jus illud aucupandi, jure majestatis, vel potestatis ejus analogæ, scilicet *superioritatis territorialis*, ita postmodum restrinxerunt, ut non ab omnibus indistinctè & promiscuè omnes aves occupare licite possint. conf. Grot. *Lib. 11. c. 11. n. V. & c. VIII. n. V.* Struv. *d. Synt. Jur. Civ. Ex. XXI. §. X.* Strauch. *Dissert. Jur. VI. §. XXX.* Sutholt. *Dissert. IV. ad Instit. corol. IX.* Cum enim Principes & alij rerum publicè Rectores ob publicam utilitatem subditis suis, sua auferre quandoque possint, secundum Doctores vid. Grot. *de jur. b. ac. p. Lib. III. c. XX. n. VIII. 1.* Pruckm. *ad §. venatio c. IV. n. 4. seq. de Regalib.* Zoanetta *de duplic. venat. n. 44. seqq.* ad quod tamen medium non nisi extremo necessitatis casu devenire licet; Multo magis jus quoddam, quod tantùm in spe commodi est & non sine labore obrinetur, restringere poterunt. Et quid magis quæso omnibus commune est, & ad omnes pertinet quam aer?

*Nec solem proprium natura, nec aerã fecit*  
cecinit Ovid. *lib. VI. Metamorph;* & tamen usus ejus ex salute Reip. commensuratur, & prohibetur, ne quis eò ita utatur, forsan malis odoribus inficiendo, quò Resp. quid detrimenti pati posset. Littora & flumina omnibus hominibus

nibus patere ex §. 1. & seqq. *Inst. de R. D.* constat: veruntamen id eatenus saltem obtinere, quatenus publica utilitas non lædatur, Celsus dixit *l. 3. §. 1. ff. ne quid in loc. publ.*

XVII. Rerumpubl. autem utilitatem promiscuam illam volucres occupandi licentiam dissuadere, & aliqualem restrictionem expetere, patet vel inde (1) quod admissâ laxa illa aucupandi libertate, facile homines, præprimis rustici, qui in agris & sylvis habitant, præ nimia aucupij dulcedine à suis vocationis officijs, agriculturâ scilicet & pastoritia arte, nec non alijs necessariis munijs abducerentur, quod tamen ne fiat, publice interest. Pruckm. *d. c. IV. n. 17. ut enim natus infans sine nutricis Lacte, non potest ali, neque ad vitæ enascentis gradus perducî; sic nec civitas sine agris & eorum diligenti cultura potest crescere*, docent. *Vitruv. de architect.* Quod quidem de omnibus intellectum nolimus. (2) Quod facile alias devastaretur volucrum, præsertim rariorum quarundam species, ut ita dum omnium libidini indifferenter paterent, singuli multis necessarijs carere necesse habeant (3) daretur ansa latrocinijs, quibus alioquin nemora esse infesta solent. Consule *Forster. tract. ad Inst. part. 1. Diss. VI. q. IX* Gerhard, *Quæst. illust. Exerc. III. q. IV.* Arum. *Ex IV. §. IX.* Pruckm. *d. l. n. 16. seqq.* *Schöneborner. lib. V. Polit. c. XXIX. vers. patientia.* *Mor. de Nigromonte d. tr. part. I. c. II. n. 16. seqq.*

XVIII. Valentinus Riemerus quidem *Dec. IV. coroll 1.* etiam has rationes simul collectas nihil vel parum probare putat, eâ forsan de causa, quod de contingentibus & accidentibus sint; Sed recte reponit *Iust. Sinold. Schuz.* quod si contingentia illa magno reip. malo expectantur, inde eorum ob rationem recte nihilominus quid prohiberi & vetari *E. C. Medicum ægrotum defraudare*, plane contingens esse, & tamen contrahere prohiberi per. *l. 9. C. de profess.*

*profess. & Medic. l. 3. ff. de var. & extraord. cogn. quod ta-*  
*men an ex dictis legibus sequatur, merito quis cum Dn.*  
*Struv, dubitaret Ex: XXIII. §. III. Nec etiam quidquam o-*  
*best, quod aliàs dissentientes urgere solent, volucres esse*  
*jure Naturæ communes; Hoc autem jus esse immutabile;*  
*cum hoc jure naturæ positivo, quod demum verum jus*  
*est, conf. Magnif. Dn. Conring. Disp. de legib. §. XIV. fal-*  
*sum sit; non enim communio hæc eo jure præcipitur, sed*  
*saltim obtinet de jure, quod dicunt, negativo; quia nem-*  
*pe nullius dominio à natura sint assignatæ. Thom. 12.*  
*q. 94. art. 5.*

XIX. Fundamentum autem omnium eorum, quæ  
Doctores in hac materia latè congerunt, suppeditat no-  
bis civilis & architectonica sapientia, ex cujus scitis no-  
vimus, ad summam potestatem in Rep pertinere jus im-  
portandi & exportandi, & totum ambitum modorum ac-  
quirendi, tum originariorum seu naturalium, tum etiam  
derivativorum, & totius commercii vim; qua in re pro-  
pemodum Nervus totius Rei civilis consistit. Certe  
expletio indigentia & defensio sui primaria causa fuit coe-  
undi in civitates & Resp.; tamen si postea ad eas conser-  
vandas aliæ etiam accesserint. Certe, ceu recte ait Ari-  
stoteles, *civitas non constat ex medico & medico; sed ex me-*  
*dico & agricola: h. e. non unius generis & professionis ho-*  
*minibus. Sed variarum artium & conditionum civibus.*  
Si enim omnes in civitate essent vel venatores, vel aucu-  
pes, vel piscatores, quis agrum coleret? quis artem pasto-  
ritiam exerceret? quis alia opera & instrumenta innume-  
ra produceret & suppeditaret? Quò ergo civitas abundet  
omnis generis instrumentis vitæ, quorum innumerabilis  
est multitudo, necesse est profectò, ut non omnes easdem,  
sed diversi diversas exercent artes, vel opificia, vel modos  
acqui.

C

acquirendi. Quorum ordinatio unice spectat ad eum, qui  
habet supremam in Rep. potestatem; Quodcunque enim  
indigentia expletionem vel minuit, vel auget, id omne  
ad supremam potestatem omni jure pertinet: Atqui, ut  
modi acquirendi tum originarij seu naturales, tum de-  
rivativi recte & ordine, sine impedimento, & damno reip.  
exerceantur, id certe indigentia rationem vel minuit vel  
auget. Quapropter omnino *ne quis* seu supremæ potesta-  
tis erit, hos omnes ita ordinare, ne impediatur, & resp.  
damnum inde patiatur. Quod de suprema potestate in  
universa rep. demonstratum dedimus; id Doctores nostri  
non malè ad cujusvis status immediati Imperii potesta-  
tem in suo territorio extendunt, quæ *Ius territoriale*, seu  
superioritatis, *die hoheit/ die Fürstl. Hoheit* genennet wird.  
Hinc communis est conclusio Doctorum, jus aucupii Ju-  
ri territoriali annexum esse. Carolus Tapia in *l. fin. c. 2.*  
*part. 1. n. 11. ff. de Const. Princ. Medices tract. de venat.*  
*pisc. & aucup. q. 27. n. 1.* Petrus Ant. de Petra *de potestat.*  
*principum c. 7. n. 5. vers. verus igitur sensus.* Speidelius in  
Specul. var. Jurid. in voce *Vogelheerdt/ Vogelfang.*

XX. Adeoque pro hoc quidem rerum statu, non  
male quis, nostro judicio, aucupii nostri causam efficien-  
tem, ad modum cæteræ venationis, ratione principum  
& aliarum Rerump. Rectorum *majestatem & superiorita-*  
*tem territorialem*: Ex parte subditorum & aliorum pote-  
state hac destitutorum, *concessionem Principum* assignaret.  
Conf. Strauch. *Dissert. Justin. VI. §. XXX. & XXIXI.* Struv.  
*Ex: XLI. §. X.* eamque vel expressam, vel tacitam: *Expres-*  
*sa* ut multis modis à principe fieri potest, ita omnium com-  
munissimè per infendationem fieri solet. vid. Jacobin. de  
S. Georg. *tract. Feudal. ad verb. investit. Ducis Sabaudiano-*  
*bilibus Agasi facta.* Dn. D. Strauch. *d. l. §. XXXI. Tacita in*  
nuda

nuda quadam principis patientia consistit, quâ is vel indistincte omnium, vel saltem viliorum volucrum occupandi licentiam non prohibendo subditis suis permittit, qui deinde hoc idem jus sibi concessum, in alios, modò concessionis forma & natura non repugnet, pro lubitu recte etiam transferunt.

### CAPUT III.

*De Personis, quibus competit facultas aucupij.*

XXI.

**P**Risca si hic nobis consulenda essent sæcula, & ex veteris juris arbitrio res definienda foret; communis hæc & universalis tradi posset regula, *Omnium generum volucres omni & cuilibet occupare licere.* Unde & majorum nostrorum veterum Germanorum vita ferè omnis, quæ à militia vacabat, venationibus consumebatur. Jul. Cæs. ex iisque Germani vivebant. *Irenicus lib. 2. exeg. German. c. 22.* Cui non refragatur Taciti locus *de moribus Germanorum c. XV.* ibi enim expungendam negationis voculam plerique ejus monent interpretes, textumque sic esse restituendum: *Quoriam bella non ineunt, multum venatibus, plus per otium transigunt.* Lips. fol. 652.

XXII. Romanorum quoque & Civili nostro jure aucupandi jus negatur nemini; volucres enim & omnia animalia, quæ cœlo, terrâ ac mari nascuntur, quorumlibet capientium fieri, luculentissima imperatoris non in uno loco est decisio, vide sis §. 12. *Inst. de R. D. l. 1. §. 1. ff. de A. R. D.* Dn Struv. *Syntag. Jur. Civ. Ex. XLI. §. XI.* nec interest, utrum in suo, an alieno fundo capiantur, modo Domino prævidente & prohibente hoc non fiat d. §. 12. l. 3.

C 2

§ 1. ff.

§. 1. ff. d. A. R. D. Hoc enim casu illud Divi Pij ad aucupes obtinet rescriptum l. 16. ff. de Serv. prad. rustic. ἢν ἔσιν ἔυλογον ἀκόντων τῶν δεσπότων ὑμᾶς ἐν ἀλλοτρίοις χωρίοις ἰξεύειν. Non est consentaneum, ut per aliena pradia invitis dominis, aucupium faciat: aliàs autem si quis quem aucupari prohibuerit, prohibentem actione injuriarum convenire potest, Ulpiani testimonio in l. 13. §. ult. ff. de injur. Pruckm. ad §. venatio. c. IV. n. 12. Confer. hac de re pluribus B. Dn. Ludwel. Comment. ad d. §. 12. Inst. de R. D. Schneidew. eod. loc. n. 5. seqq. Georg. Mohr. tract. de jur. ven. pisc. & aucup. part. 1. cap. 1. num. 10. seqq. Hieron. Arn. Rath. Diss. de jur. ven. aucup. & pisc. §. VII. seqq.

XXIII. Præsens autem nostra ætas alia jura habet, alijsque utitur moribus. Reges nunc & Principes demum, alijsque immediati, prout ex ijs, quæ superioris capitis extremis diximus thesibus, patet, jure quasi proprio sibi solis fermè, una cum reliqua venatione aucupium attribuerunt, ita ut reliquis non nisi horum concessione competere videatur. Pruckm. ad §. venatio c. IV. n. 1. Raht. Diss. de j. ven. pisc. & auc. §. XCIII. Dn. Struv. Syntag. iur. Feud. c. VI. aph. 7. n. 3. atque eâ ratione hodie principale nostri juris subjectum Principes & magnates, alijsque, qui majestate & territoriali superioritate gaudent, constituendum: Secundarium verò omnes illi, quibus hi illud tacitè vel expressè, mediatè vel immediatè ex mera gratia, vel etiam alijs modis concesserunt. Knichen verb. Ducum c. 5. n. 171. de Saxon. non provoc. jur. Ubi tamen notandum, esse nihilominus in his quasdam personas, de quibus à Doctoribus, an rectè illæ aucupentur, vel venentur, specialis & præcipua soleat institui disquisitio.

XXIV. Et quidem de ipsis PRINCIPIBUS dubitant; An aucupium sit exercitium his satis dignum? Domitiana



tiana forsan primâ fronte hæc cuiuspiam non abs ratione videbitur quæstio, quæque omni hæsitandicausâ careat. Cum enim jure proprio Heroes nostros aucupari dixerim<sup>9</sup>, quænam nunc de ea, an deceat, solida poterit esse dubitatio? verùm longe aliter catuli olent, aliter sues, ut inquit Comicus, magnaue inter illud, quod licet & decet seu honestum est, est differentia: id facere laus est, quod decet, non quod licet. *Senec in Octav.* (vid. l. 144. pr. & 197. ff. de R. J. ibique Ludwel. Bronckhorst. imprimis verò *Magnif. Dn. Præsidentem Patronum meum maximum, & præceptorem pie devenerandum in accurato tract. ad h. tit. cap. IV. num. X.*) Licitum esse principibus, neque injuriâ ad se transtulisse jus nostrum Magnates, adseruimus; an autem eorum Majestati, & eminenti dignitati conveniat, nova quæstio est, & inde quis ambigat, quod (1) aucupium inter servilia & sordida ministeria jure nostro reputetur, arg. l. 99. pr. & §. 1. ff. de Legat. III. aucupesque vilissimis, imò impiis annumerentur hominibus. Tiraquel. teste. *tract. de Nobilit. c. 34. n. 59. arg. d. l. & c. XI Distinct. 86.* Hinc & (2) à B. Augustino venatio, cujus aucupium species est, ars nequissima dicitur, *Comment. in Psal. 102.* ejusque spectatores & delectatores CHRISTUM aliquando visuros & contristaturos. Item *Comment. in Psal. 147.* quæ loca, & similia exhibet & approbat Pontifex in c. VIII. c. IX. c. X. *Distinct. 86.*

XXV. Attamen utut speciosa hæc quidem sint & verosimilia appareant; non tamen apodictica simpliciter & absolutæ veritatis. Sicuti enim (1) d. l. 99. non indistincte aucupes servis, eorumque exercitium servilibus accenset, si accuratius eam perpendimus; sed potius de ijs saltem intelligi debeat, quorum operâ retia expanduntur, & alia aucupii præparamenta expediuntur, quorum etiam-

num hodie haud magna habetur ratio; non verò de ijs, qui summo imperiò aucupio præsumunt, ut loquitur laud: Pruckm. *d. l. c. IV. n. 4.* Nec (2) juris Canonici textus ex Augustino desumptos ἀπλῶς esse accipiendos ratio patitur; eodem namque modo & plane simili omnibus aucupium interdictum esse colligerem, quippe non solum principibus, sed & alijs hominibus artes nequissimæ prohibitæ censentur; quod tamen divinæ voluntati repugnat, quæ & volatilia cœli hominum usui, qui tamen sine aucupio ordinariè obtineri nequit, destinantur; confer sis *Genes. 1. v. 28. junct. c. IX. v. 3.* Vnde dicti loci vel explicandi de venatione *adulatoria*, quâ assentatione quæstus quaeritur, cum Pruckm. *d. l. n. 13.* vel de aucupio *clericorum* secundum Tiraquel. *all. tr. c. 37. n. 148.* vel de venatione *arenaria*, quâ olim homines cum ferocibus bestiis in arena amphitheatri operâ ad hoc locatâ, decertabant, ut placet Wessenbecio *x. n. 7. ff. de acq. ver. dom. Rebhan. hodog. jur. chart. 1. clim. 11. parall. 1. §. 26.* Besold. *Thef. pract. addit. sub. vocab. Jagen/ Jagrecht/ Gnadenjagten.* Mohr. *l. c. part. 1. c. 1. n. 6.* item *eod. cap. n. 38.* idque argumento verborum; *Speſtaculis hominum. item: dant histri- onibus.*

XXVI. Nihil ergo prohibent hæc & similia, quominus aucupium nostrum principes aliosque Magnates non modo non decere adseveremus, sed & nobilissimum hoc exercitium eorum majestati & præcellentissimæ dignitati quam maximè utile judicemus. Idque his fundamentis (1) quod venatio & aucupium sit belli quasi præludium, quo corpus & animus heroum ad militiam præparatur, & disponitur. & ut Philo Judæus *lib. 1. de vit. Mo- sis* loquitur, præexercetur, ut deinde promptiores in certamine, & prudentiores in conflictu efficiantur. Andr. Knichen

Rnichen de Saxon. non. prov. jur. c. V. ad verba: *Walder-  
Wildbahn Jagten num. 196.* dum enim membra labori-  
bus adsuescunt, æstus, frigus, famem quandoque perfe-  
runt, saltus pererrant, locorum ingenia ediscunt, quomo-  
do nempe adsurgant montes, quo pacto vallium ora adi-  
tum admittant, & diffusi campi pandantur, quid, nisi bel-  
licæ artis rudimenta capiunt? Nicol. Machiavel. *princip.  
cap. XIV. p. m. 56.* Johan. à Chockier. *lib. V. aphor. Politic.  
c. XX. p. m. 290. & 294.* adeo ut Noe Meurer *part. 2. des  
Jacht und Forstrechts* recte dicat: *das ein guter Jäger und  
Vogeler ein halber Krieger sey. p. m. 32.* Imprimis autem hu-  
jus & illius singularis adfinitas ex illo, quod cum accipi-  
tribus exercetur, aucupio apparere videtur; *Disponuntur  
namque eo (referente Patrit. Senens. lib. 7. de reg. & reg.  
instit. tit. 7.) juvenum comitatus, equitum quasi ala adjiciun-  
tur, indagatores cum sagacissimis canibus, quasi milites levis  
armatura præmittuntur, qui aves terrore excitent, & ad vo-  
landum compellant, speculatores in montium verticibus statu-  
untur, qui volatum observant, adsunt suo ordine, qui elata  
sinistra manu accipitres ferant, adversusque volantes alites  
artificii jactu eas dimittant, alii surgentem è terra volucrem  
quam primum reperiunt, alii per opertum volantem invadunt,  
alii in sublime sese offerentem, deinde singuli vocati, sibiloque  
allecti adnotam proprii heri lavam redeunt.*

XXVII. (2) Quod maximarum rerum meditationi  
materiam præbeat; *mirum enim est. autore Plin. Secund.  
jun. ut animus agitatione motuque corporis exercetur; nam  
undique & sylva & solitudo, ipsumque illud silentium, quod  
venationi datur, magna cogitationis incitamenta sunt, nec  
Diana magis montibus, quam Minerva inerrat lib. 1. Epist. 6.  
& lib. IX, Epist. 10. Schönborn. lib. 2. Polit. c. 28. Quod  
tamen*

tamen argumentum minus ponderis, habere dissimulare non possumus.

XXVIII. Quare etiam vulgo (3) prudentissimi rerum Civilium Doctores, Principem felicissimum formatum, exercitium nostrum ei amplissimis verbis commendant, uti videre licet apud sæpius laudatum à Chokier. *aphor. Polit. lib. V. c. XX.* Schönborn. *d. l. c. XXIX. in fin.* Joh. Marian. *egregio de regn. & reg. instir. tractatu ad Philippum III Hispania Regem lib. 2. c. 5.* non procul à fine, & omnium elegantissimè d. Nic. Machiavel. in celebri suo principe *c. XIV. vers. nunquam propterea.* Id tamen extrà omne dubium est (4) omni ferè seculo potentissimos quoque Reges & maximos Principes bello hoc exercitio ex his & alijs causis jugiter delectatos fuisse, quorum magna nomina longa serie apud Georg. Mohr. *part. II. c. XII. n. 9. 10. 11. 12. seqq.* Schönborn. *d. l. à Chokier. d. tr. c. XX.* Pruckm. *ad d. §. venatio c. 2. n. 39. seqq.* legi poterunt. Nos ex illis saltem nominamus inclytos illos Cæsares Germanos ALBERTVM austriacum, HENRICVM I. & MAXIMILIANVM I. quorum Ille, teste Ænea Sylv. *lib. 4. de gest. Alphonsi* dicere solitus: *venationem virile & heroicum esse exercitium, seque voluptate quavis carere posse, venatione non posse.* Iste, cum inter aucupandum imperii diadema ipsi oblatum erat, à singulari aucupii desiderio & ejus crebro exercitio AVCVPI S elogio insignitus est. Kirch. *de Rep. Disp. III. coroll. 1.* Colleg. Arg. *ad tit. ff. de A. R. D. n. 22.* Joh. Cluv. *histor. univ. in dict. Henrico. p. 438.* Luc. de Linda *descript. orb. lib. 7. in eodem.* Hic vero alias summe hoc studio exhilaratus vid. Pruckm. *d. l. n. 43.*

XXIX. Moneri tamen solent hic principes & Magnates à Doctoribus præsertim conscientia magistris, ne præ

præ nimio aucupandi & venandi studio (1) publica negli-  
gant, eorumque obliviscantur, seque plane *Inequivia* de  
*Jagtsucht* Crus. , *part. 2. lib. 6. annal. Suevic.* dedant (2) im-  
moderatos ejus sumtus faciant, & in aucupationum appa-  
ratus prodigorum more (*Cicer. verba sunt lib. 2. offic.*) pecu-  
nias profundant (3) damnum subditorum mesibus & se-  
getibus inferant, vel sata & frumenta conculcando, vel  
nimiam libertatem volucris concedendo, ita ut nemo  
eas grana & segetes depascentes fugare audeat: qua de re  
gravissima est oratio *Iohan. Sariberiens. polycrat. sive de nu-  
gis curial. lib. 1. c. 4.* cujus particulam exhibet *Rnichen d. l.*  
*n. 203. & 204.* conferri præterea poterit *Hippolyt. à Collib.*  
*lib. unic. de princip. c. XXVII. p. m. 150. seq.* *Chokier d. l. Me-  
dic. d. tract. part. 3. quest. 42. n. 2.* *Mor. l. c. part. 1. cap. 2.*  
*n. 75.* ubi notanter dicit, quod si quis Princeps mesibus  
damnum intulerit, in foro conscientiae illud resarcire &  
restituere teneatur. Quibus adde sis, quæ *idem* habet *ead.*  
*part. 1. c. 4. n. 19. 20. & 21.* *Dominic. à Soto. lib. 4. de Iust.*  
*& Iur. quest. 6. art. 4.*

XXX. Deinde quoque & illud hic dissimulandum  
non est, quod, utut sæpius laudatum nostrum Exercitium  
præparamentum militiæ maximè utile dixerimus, id ta-  
men ita explicatum velimus, nos non esse in hac senten-  
tia, quasi nemo sine dicto exercitio bellator idoneus fieri  
possit. Cum non solùm optimè animadvertente antea  
allegato Nostro Dn. *Conringio, in absolutissimis animadver-  
sionibus Politicis ad d. Principem Machiav. cap. XIV.* ad verb.  
*venandi studio jugiter,* constet, multos sine eo in expeditis-  
simos milites evasisse; sed & situs locorum aliis modis  
addisci possit; præprimis verò ex illa *Achæorum* Principis  
*Philopœmonis* exercitatione, quam *vers. seq. idem Machiav.*  
*vel. pro hac re meritò commendat.*

D

XXXI. Et

XXXI. Et hæc de Principibus: Sequuntur CLERICI, de quibus hoc in loco (II) Doctorum est controversa disceptatio, *Vtrum nempe & hi recte aucupentur?* Quibusdam affirmativa placet; multis negativa; plerisque utraque, sed cum distinctione; Nobis salvâ omnium autoritate hac in re discernere licebit inter Clericos & Monachos seu Religiosos, & ita quidem, ut clericorum nomine laxiori quodam vocabuli significatu Cardinales, Archiepiscopos, Episcopos, Presbyteros, Parochos, Abbates, Prælatos & omnes alios, qui divinis officiis, uti Pontifex *in c. duo genera XII. q. 1.* & ex eo Lancelot. *Inst. Jur. Canon. lib. 1. c. IV.* loquitur, mancipati sunt, quosque sacris vacare decet, exceptis solis monachis, comprehendamus, *arg. c. non dubium s. extr. de Sentent. excommunic. junct. l. 52. C. de Episc. & Cler. Rittersh. comment. ad Novell. part. 1. c. 6. n. 23. seqq. Jacob. Cujacius ad Novell. V. p. m. 57. seq.* Alias tamen non nescii, Episcopos à Clericis distingui solere *arg. rubric. C. de Episcop. & Cleric. & Orphanotroph.* ubi conferri merentur, quæ annotavit ad hanc rubricam in præf. Doctor quidam Anonymus Jenensis *in comment. in prior. XIII. tit. lib. 1. Cod. quem Nobiliss. Dn. Struv. Juri suo sacro addi curavit p. m. 178.*

XXXII. Et his jam suppositis dicimus (I) Clericis regulariter jure canonico aucupium esse prohibitum, idque probamus expressis ejus juris textibus (1) est *in c. 3. Dist. 34.* hoc tenore: *Omnibus servis Dei venationes, & sylvaticas vagationes cum canibus, & ut accipitres & falcones habeant, interdiciamus* (2) *in c. 2. eadem Dist.* his verbis: *Episcopum, presbyterum, aut diaconum canes ad venandum, aut accipitres, aut hujusmodi res habere, non licet.* adde *c. 1. & 2. extr. de Cleric. venator.* ubi hoc interdictum & totidem verbis repetitur. Omnium autem apertissimus est (3) *in c. quorundam. 1. Dist. 34.* ubi postquam Nicolaus Papa in princ. ita: *Quorundam relatione*

relatione fidelium, nostris auribus intimatum est, quod Lanfredus  
Episcopus, venationi sic deditus, quod vitium plurimos etiam de  
clericali catalogo, genere duntaxat Germanos & Gallos irreve-  
renter implicat &c. tandem circa fin. d. c. concludit: oportet  
ergo fraternitatem T. (putat Archiepiscopum Albinum) illi  
(Episcopo) pastoralis auctoritate precipere, quatenus ab omnium  
bestiarum vel volucrum venatione penitus alienus existat. vide  
sis Knichen. d. tract. verb. Ducum, c. 5. n. 191. Rath. Diss. de  
Jur. ven. pisc. & auc. th. LXXXIX. Jacobin. de S. Georg. ad  
verb. & cum venationibus: de Feudis n. 8. Pruckman. ad §.  
venatio n. 72. Quo & collimat Germanorum adagium:  
Dass die Geistlichen in die Kirche, die Barren zum Pflug und  
Ackerbau gehören. Noe Meurer. d. tract. von Jacht und Forst-  
recht part. 2. p. m. 31 Et hæc quoque nostra sententia à pa-  
tribus Concilij Tridentini decreto de reformat. general. cap.  
XII. §. vestitu insuper. sess. 24. confirmata est.

XXXIII. Nec enervant eam, quod cum Deus omni-  
bus hominibus citra distinctionem Laicorum & Clerico-  
rum, dominium ut in cætera animantia, ita etiam in volu-  
cres concesserit *Genes. IX v. 1.* etiam eo modo aucupium,  
sine quo dominium illud frustraneum est, omnibus indi-  
stincte concessisse intelligatur *arg. l. 2. ff. de jurisdict. l. ad rem.*  
*56. l. ad legatum 62. ff. de procurat.* quia hæc donatio clemen-  
tissimi Numinis, non eò extendenda, quasi homines utili-  
tate sic suadente, illam in quibusdam sui ordinis pro rati-  
one status & conditionis eorum restringere non possint,  
cum recte & illud divinum jus, quod perpetuam non ha-  
bet prohibitionem, humanis sanctionibus arctetur, Kni-  
chen. d. tract. de Saxon. non provoc. jur. c. V. n. 185. Sic jure  
divino omnes liberi nascimur, nec tamen inde servitutem  
divinæ voluntati repugnare recte quis inferat, postquam  
salutariter constitutum, ut bello victi potius servaren-

tur, quam occiderentur. *Mynsing. ad §. 2. Inst. de jur. person.*  
*B, Dn. Ludw. ad eund. §.* Utilitatem autem & rem christi-  
anam prohibitionem hanc suadere non obscure evincunt  
rationes, quas magno numero congeffit *Mohr. dict. tract.*  
*part. 2. c. XII. n. 25. multisque seqq. Sebast. Medic. part. 1. quest.*  
*II. n. 3. seqq.* *Noe Meurer part. 2. sub rubrica welchen Pers-*  
*ohnen und Standt vor andern das Weidewerck zu treiben*  
*durch beyde Rechte Geist und Weltlich zu gelassen.*

XXXIV. Interim verò præfractè non negamus, Cle-  
ricos nostros interdum recreationis & valetudinis causâ,  
ad excitandum calorem naturalem vel etiam appetitum  
aucupari licitè posse *Medic. d. part. 1. c. III. n. 14. & c. II. n.*  
*n. 17.* modò tamen (a) rariuscule hoc fiat, & non tempore,  
quo sacra E. G. prædicationis, visitationis &c. obire te-  
nentur *Mor part. 1. c. 1. n. 49.* Nec (β) fines recreationis &  
modestiae clamoribus vel alijs modis excedantur *Mohr. d.*  
*c. 1. n. 48.* Nec (γ) bombardæ, archibusia *Dd. vocant,* vel  
alia arma aut accipitres adhibeantur. *Pruckm. d. l. urgens*  
vero necessitas, uti alias, sic & hîc legibus quodammodo  
magis soluta est: etenim cum volucrum nimia frequentia  
fata grana depascendo agris & vineis noxia fuerit, vel cle-  
rici aliàs non habeant, unde vivant, licite utique illas quo-  
cunq; modo capere videntur. *Mohr. d. c. 1. n. 51. seqq. Pruckm.*  
*d. c. IV. n. 86. seq.* Deinde quoque utilitatis causa id ipsum  
nostris concessum dicunt Doctores, si plurimi eorum re-  
ditus in aucupio consistant, uti v. g. *Hostiensis Episcopi,*  
ex sola coturnicum captura millia nummum aureorum  
amplius quatuor quotannis accipientis, teste *Francisc. Zo-*  
*anett. de duplic. venat. n. 32.* Dum tamen, si ipsi aucupari  
velint, modum supra descriptum stricte observent, per Lai-  
cos autem quacunque ratione, adhibitis etiam armis, ac-  
cipitibus & clamoribus expediant, *Zoanett. d. l. n. 32.*

XXXV.



XXXV. Plane tamen alia ratio est modernorum Episcoporum nostræ Germaniæ, ejusdemque quorundam Abbatum, Prælatorum & similium, qui vel ex beneficio Caroli M. secundum B. Dn. Thomam Michaellem (citante Victore de caus. exemp: imper. conclus. 30. circa fin.) de S. S. Cesar. Majest. Camer. & stat. jurisd. §. 130. lit. d. vel Othonis M. juxta laudatum Conring. Annot. ad Lampad. part. III. c. VI. §. VI. p. m. 221, vel Ludovici Pij, aut alius cujusdam Imperatoris. vid. Cluten. Syll. rer. quotidian. §. 9. lit. c. Coler. de jur. imp. Germ. §. 49. superioritatem territorialem & alia jura principum secularium nacti fuerint, etiam jura venandi & aucupandi acquisiverunt, ita ut ea non secus ac reliqui principes & immediati status sine ulteriori restrictione exercent, confer supra §. 20. Mohr. de Nigromonte d. tract. part. 1. c. 1. n. 46.

XXXVI. Sed quid de Nostris Evangelicis Pastoribus tenendum? Jure Canonico se adstringi vix patientur, & forsan habebunt, quod jure excipient: Nos utut aucupium recreationis vel etiam utilitatis gratiâ illis minime invidemus, salvo tamen cujusvis melius sentientis arbitrio, putaremus, ex re & sua & Ecclesiæ fore, si ad exemplum Clericorum nimium ei sese ne dedant, nec vocacionis officia negligant.

XXXVII. (II) Monachis verò & religiosis indistincte aucupia prohiberi adseveramus, ita ut hi semper (referimus verba Clementis V. Papæ) ab aucupationibus abstineant, nec eis interesse, vel aves venaticas per se vel per alios tenere præsumant. Clement. 1. §. porro de statu Monachor. adde cap. 1. X. ne Cler: vel monach. ibi circa fin. Canes & aves sequi ad venandum; & paucis interjectis: Ecce talia & his similia ministris altaris Domini, nec non & monachis omninò contradiemus. conf. B. Dn. Hahn. in not. ad Wesenb. de ac.

*quir. rer. dom. n. VII. ad verb; quare & Ecclesiasticis. Mohr. d. c. i. n. 50.* Eo tamen casu, quo saltus proprios vel jus venandi & aucupandi in alienis habent, ijs per alios hoc exercere permittitur, dum tamen intra monasteria, seu domos, quas inhabitant, venaticos canes, falcones vel accipitres non teneant *dict. Clem. 1. §. porro de statu monachor. Franc. Zoanett. d. l. n. 31. Mohr. d. c. num. 9.* ubi hæc & alia fusius, nos ijs non immoramur, sed transimus ad MILITES.

XXXVIII. De quibus (111) solet esse quæstio. Num è re publica sit, eos venari seu aucupari? Piscationem quidem his non adeò prodesse sæpius allegatus Mohr. *part. II. dict. tract. c. XII. n. 24.* contendit; eò quod pisces malè nutriant, & corpora reddant morbifica; unde & Homerus milites suos juxta littus castra metatos, inter alia monet, ne pisces unquam gustent; Hellepontiacis verò, quod ichtyophagi sint, adeoque imbelles & effæminati, exprobat. Reliquam autem venationem illis, præsertim pacis tempore, maxime prodesse, unanimi ferè consensu Politici concedunt, cum ea sit quasi umbratilis quædam, ut Plato *lib. 7. de LL. ait*, militia, quâ, quemadmodum supra de principibus vidimus, ad bella expeditiores redduntur, & laboribus adsuescunt, ut deinde ad vitanda ac inferenda pericula cautiores fiant, referente Xenophonte *Cyropæd. lib. 1. & ex eo Camill. Borell. lib. IV. de Magistr. Edict. c. III. n. 50.* Sic ut alios taceamus, Pelopedam Thebanum & Viriathum Lusitanum stupendam ferè illam militiæ peritiam, quâ Ille Spartanis, Hic verò Romanis formidabilis fuit, ex sola venatione didicisse testatur Plutarch. *in vita. Pelopod. Vellei. Patercul. lib. II. c. XC.* Mohr. *d. c. XII. n. 9.* Uude & legislator apud Lacedæmones venationem terrestrium & volatilium suis maximopere commendabat, quod nulla ad mili-

militarem disciplinam convenientior censenda esset exercitatio, quam venandi & aucupandi studium, prout ex Nicol. Cragio *de Republ. Lacedam. lib. III. tab. 9. de exercie. corpor. Inst. 2.* testatur And. Knichen *de Saxon. non prov. jur. verb. Ducum. c. 5. n. 194. seq.*

XXXIX. Ultimum & (iv) dubium est de *studiosis*, an & illi licite aucupentur? Negandum quidem non est, quod aliquibus in locis hoc licite facere queant: Communiter tamen negativè hæc quæstio decidi solet, eò, quod hi avium capiendi desiderio inescati, non minimam studijs suis remoram injiciant, secundum vulgare illud:

*Per pisces & aves multi perièrè scholares*

Mohr. *d. part. 11. cap. XII. num. 39.* Goldastus quidem *rom. 1. rer. Alaman. part. 1. fol. 211,* & qui hunc refert Wehner. *observ. pract. in voc. Vogelweide / πολυτεύδητων* hoc non de aucupio, sed helluatione & *ἀσωτία* intelligendum monet; quicquid tamen sit, illud ferè constat in plerisque Germaniæ Academijs ex hac & alijs causis illud studiosis districte vetari; Elegans simul ac grave Edictum, quod autore & Reçtore Magnifico Friderico Taubmanno Wittenbergæ anno M DC IIX. publice est affixum, tanquàm ab instituto non alienum hic subjicimus:

RECTOR ET CONSILIUM PVBLICVM. Quoties & quam severè & districte & disertè mandata tum manu exarata, tum typis descripta, à severissimo Nostro Magistratu hic publicata atque imperata sunt? ne quisquam è nostris quisquis sit, ullam feram, sive ea minor sit, sive major fuerit, bipes sive quadrupes, in lacu lucove aut quocunque agri Wittenbergensis loco, clam palamve ullo teli genere, quo nomine cunque censeatur occupet aut conficiet. Et tamen (quod reverè dolendum est) reperiuntur in vobis tam abjecta & profligata

gata improbitatis nonnulli, ut contra fidem conscientia, ista omnia quasi pedibus proculcent; Et quia hesternâ vespere novo mandato excitati denuo sumus, ut petulantiam istorum, qui feras consecrantur, coerceremus, volumus & debuimus Illustris. nostri Magistratus voluntatem sine mora nunc iterum publicare, eamque feroculis istis ob oculos in clarissima hac luce ponere: ne ullo modo ignorantiam, etiam isti, qui heri aut nudius tertius supervenere, possint praetexere. Pluribus & calidioribus verbis sententiam nostram, nunc quidem non exasperabimus, sed erunt, qui istos aucupes ex insidiis aucupentur, si quis deprehensus fuerit, ita profecto cum eo progredimur, ut ceteris exemplo sit, ne posthac tale contra tot Magistratus interdicta attentare audeat. Voluntario facinori, inquit Tullius, veniam dare non oportet, P.P. XII. calend. Maj. die. anno Christiano MDCCXIX. Et hæc de personis nostris, succedit nunc ex methodi lege.

#### CAPUT IV.

De Rebus, hic considerandis,

XI.

**R**es verò hinc considerandas, suffragante tota ferè Ictorum Scholâ; omnes feras volucres in libertate sua naturali versantes constituimus, quales non tantum sunt (1) aves illæ plane sylvestres *Aurhanen/ Birckhanen/ Kraniche/ Trappen/ wilde Endten/ wilde Schwanen*; sed & (2) illæ, quæ nobiscum in agris nostris degunt, *die Wachteln/ Drosseln/ Krambsvogel/ Halbvogel/ Feldhüner* &c. Dn. Struv. *Synag. jur. Civ. Exerc. XXI. §. XII.* Imò & (3) istæ, quæ quodammodo mixti generis esse dicuntur, & participare quid de natura, mansuetorum animalium videntur, eò quod facile cicurari possint, uti sunt: pavones & columbæ §. 15. *Instit. de R. D. l. s. §. s. ff. de acquir. rer. dom.* Glossa  
Juris

Juris Saxon. in unum fasciculum comprehendit, daß nem-  
lichen alles wilder Natur sey / daß man nicht mit den Hirtens  
Hüten mag *rit. 40. lib. 2. n. 4.* Franc. Hotomanus quidem  
*Comment. Instit. ad §. 15. Enunc. 1.* ex Varrone: *Lib. 3. c. 7.*  
tria columbarum genera recenset; primum agreste vo-  
cat, quod in turribus ac columinibus villæ, unde & co-  
lumbæ dicantur, propter naturalem timorem summa te-  
cta captet, indeque evolet & revolet: alterum clementius  
esse cibo domestico contentum, intra limina januæ pasci  
solutum; ex quibus fieri miscellum tertium genus &c. in-  
que his primum tantum feræ naturæ esse contendit: Sed  
perperam & contra mentem Imperatoris hoc fieri, quem  
in columbis distinctionem inter feras & mansuetas non  
admittere; sed omnes simpliciter pro feris habere, uti tum  
ex comparatione earum cum cervis *d. §. tum ex eo, quod*  
*§. 16. seq.* distinctionem hanc ad solas gallinas & anseres  
quodammodo restringere videatur, patent, autumat Ba-  
chov. *ad §. d.* & post hunc Dn. Ludwel. *cod. §.*

XLI. Cæterum quicquid sit, utut etiã & nos na-  
turâ nullas mansuetas concederemus, multas tamen man-  
sue fieri posse, & mansuefactas esse, & quidem præprimis  
eas, quæ ex consuetudine evolare & revolare solent, nec  
nos nec alius quispiam jure forsan negaverit. De quibus  
nunc immota illa tenenda regula, quod *ea* (mansuefactæ)  
quamdiu animum illum revertendi retinuerint, tanquam  
ab aliis possessæ & in dominio constitutæ *l. 3. §. 16. de acq.*  
*possess. §. 15. Inst. de R. D.* ab objecto nostro merito arce-  
antur, adeoque tales capiens, & in suo columbario deti-  
nens, furti actione conveniri possit, per *l. 3. §. 1. ff. famil.*  
*ercisc.* Quamprimum autem illum deposuerint, liberta-  
temque pristinam denuo arripuerint, ad nostrum rela-  
bantur objectum, & cedant occupanti. Hunnius *Comment.*

E

*Instit.*

*Instit. ad §. apium quoque de R. D. Dissidenti Grotio de  
Iur. pac. ac bell. lib. II. c. IIX. n. III. respondet Dn. Struv. Re-  
sol. text. Obst. Exercit. XLI. ib. IIX.*

XLII. Quando autem & quomodo id fiat, non  
adeo expeditum est; plerique ajunt, si revertendi con-  
suetudinem deseruerunt, quo tamen aliis petitio princi-  
pii committi videtur; Georg. Mohr de Nigromonte pla-  
cet, cum ad horas & dies consuetas bis redire desinant  
*d. part. 1. c. 1. n. 26.* Ex Caroli M. constitutione, quam Noe  
Meurer suo *Forst- und Jacht-Recht* inseruit *part. II. p. m.*  
*43.* si intra quattriduum non redeant; textus ipse sub ru-  
brica von Tauben und Pfawen sic habet: Tauben und Pfau-  
wen haben gleiche Rechte / und hat ein Mann Pfawen oder  
Tauben die gewohnet seyn bey seinem Hause zu seyn / und sie  
fliegen von dannen / und hinwieder / dieweil sie das thun / so  
sind sie sein / kommen sie aber nicht wieder in vier Tagen / wer  
sie darnach fähret / des seynd sie. Nos, si nec loci moribus  
nec constitutionibus provincialibus quicquam certi defi-  
nitum fuerit, id iudicis arbitrio deferemus; cum Mynsing.  
*Comment. Instit. ad §. pavonum quoque lit. d. Pruckm. ad d.*  
*§. venatio de Regalib. c. II. n. 25. arg. l. 1. §. ult. ff. de lure delib.*  
*l. 137. §. 2. ff. de V. O. l. 32. de Vsur. l. 1. §. 1. ff. de Effract.*

XLIII. Cum verò nimia columbarum multitudo,  
& nobismet ipsis & vicinis nostris, nocumento potius,  
quam emolumento esse comperiat, seriò monere so-  
lent Doctores, ut hîc modum servemus; Notabile est, si  
modò verum, quod hac in causa Knichen *de sublim. territ.*  
*jure c. IV. n. 414.* de milite quodam Anshelmo ex Cæsa-  
rii Heisterbachensis historia memorabili *Lib. 10. c. 57. re-  
fert;* scilicet: quod cum huic (militi) aliquando dictum  
fuerit, quod nutriendo plurimas columbas graviter pec-  
cet, eò quod sata & grana læderet proximorum, illum  
obte-

obtestatum fuisse, columbas ut si Dei voluntas esset, secum manerent, manerent; sin minus, ut ilico recederent; quod & factum & nunquam reversas fuisse. Quare communiter quoque provinciarum constitutionibus cuique certus columbarum numerus, juxta agrorum modum, quos quis possidet, assignari solet. Paul. *Christinæ. ad Constit. Mechlin. tit. 11. artic. XVII. n. 4.* Confer. *Die Fürstl. Sächsische Gotische Lands-Ordnung part. 2. tit. 29.* Fürstl. Sächs. Weismarisch. *Lands-Ord. tit. 81.* Dn. Struv. *Syntagm. jur. Civ. Excercit. XL. th. XVII. & ejus Jurispr. Rom. Germ. Foren. Lib. 11. tit. 1. aphor. XXVII.*

XLV. Sed quid de apibus tenendum, *An & hæc fera naturâ sunt, & huc referenda?* Plinij *judicio Lib. II. histor. natural. c. 5.* neque feri neque mansueti generis sunt. Varro *de re rustic.* quædam mansuetas facit, quædam feras. Sic enim ille *Lib. 3. c. 16.* *Ex (apes) differunt inter se, quæ feræ & cicures sunt; nunc feras dico, quæ in sylvestribus locis pascuntur; cicures, quæ in cultis; quod Columell. placere videtur lib. 9. alias sylvestres, alias vernaculas nominanti,* Imperator verò Noster Iustinianus omnes indistincte feras esse pronunciat *§. 14. Inst. de R. D.* quem & nos merito sequimur; Nam ut ut apes evolare & revolare soleant, adeoque quodammodo mixti generis esse & de natura mansue factorum quid participare videantur; tamen cum illud ex consuetudine extrinsecus assumta fiat, naturam, quæ fera est, non mutat; confer. *Hortman. dict. Comment. ad §. pavonum Enunc. 2. & 4.* Recte ergo à quocunque, etiam si in arbore alterius, qui iure tamen re integrâ prohibere potest, ne quis ingrediatur fundum, *§. 14. Inst. de R. D.* confederint, includi favique (domus seu cellæ apum *Plin. lib. II. c. 6*) si quos effecerint, eximi possunt *d. §. 14. Inst. de R. D. l. 26. de furt.*

XLV. Alia tamen ratio est apium inclusa-  
rum; earum enim quum inclusione seu occupatione (uti  
infra cap. ult. videbimus) dominium nacti fuerimus, *arg.*  
*§. 14. Inst. de R. D.* in patrimonio nostro esse censentur  
*l. 8. §. 1. D. famil. ercisc.* modò evolent, & revolent,  
& revertendi consuetudinem non deseruerint. Hanc  
enim si exuerint, rectè feris rursus annumerabuntur,  
& primo cedunt occupanti. Uti quoque *Examen*, nova illa  
apium soboles, ad sedes novas quærendas extrusa, quam  
*Virgil. lib. IV. Georgic. post. princ.* eleganter apium juven-  
tutem vocat:

*Vt cum prima novi ducunt examinare ges  
Vere suo, luditque favis emissa juvenus.*

Id enim postquam ex alveo nostro evolavit, eo usque tan-  
tum nostrum esse intelligitur, donec in conspectu nostro  
est, nec difficilis ejus est persecutio; alioquin occupantis  
fit, definiente Imperatore *§. d. 14. Inst. de R. D.* Nec refert,  
quod hoc absurdum videatur, cum id, quod ex animalibus  
nostris nascatur, nostrum quoque esse intelligatur  
*§. 19. inst. de R. D. l. 2. ff. de acquir. rer. dom.* Rectè enim re-  
spondet B. Dn. Ludwel. id pro diversitate animalium di-  
versimode accipiendum esse, ut ea, quæ ex mansuetis ani-  
malibus nascuntur simpliciter nostra sint, nec à quoquam  
occupari possint; quæ verò ex feris, eousque tantum, do-  
nec in potestate nostra sunt, & animum revertendi adhuc  
habent.

XLVI. Prorsus autem huc non pertinet, & à re-  
bus nostris relegandæ aves naturâ mansuetæ, uti sunt an-  
seres nostri domestici, quos *Columell. cohortales* vocat  
*lib. 8. c. 2.* item gallinæ, anates & similes, quæ quamvis tur-  
bata, vel alio quocunque modo custodiam nostram effuge-  
rint, revertendique animum deseruerint, tamen nostræ ma-  
nent,



nent, & qui eas nobis ignorantibus includunt, vel aliter detinent, furtum committunt, per textum apertum in §. gallinarum 16. Inst. de R. D. l. 5. §. 6. ff. de acq. rer. dom. confer. dict. Constit. Caroli M. apud Meurer. part. II. rubric. von zahmen Vogeln. ibi: Und wer es in thut / und weis das es nicht sein sey / das ist Diebheit. Adeò ut etsi vulpes vel accipiter gallinam seu pullum rapuerit, noster maneat, nobisque restituendus, licet aliis opera & canibus suis ex vulpis & accipitris quasi faucibus eripuerit arg. l. 44. ff. de A. R. D. Dn. Ludwel. ad d. §. 16.

## C A P. V.

### De Modo aucupii

#### XLVII.

**M**odum verò potissimum putamus in vera & reali volucrum ferarum occupatione seu apprehensione consistere; hac enim positâ ponitur aucupium; hâc sublatâ, tollitur. Non ergo (1) aves feræ persequentis putantur, imò nec vulnerantis, sed ejus demum, qui ceperit arg. §. 13. Inst. de R. D. l. 5. §. 1. D. de acq. rer. dom. Nulla siquidem hic vera occupatio est, nulla realis apprehensio, cum multa accidere possint, ut eas non capiamus, juxta vulgatum illud, quod est apud Gell. Lib. 13. noct. Attic. c. 16. Πολλά μεταξὺ πέλει κύλιε καὶ χείλε ἀκρῶ. Multa cadunt inter calicem supremaque labra. conf. Struv. dict. Exer. 1b. IX. ibique in Evolut. Avem verò tum occupasse censemus, quando illam ita in nostram potestatem redegit, ut eam effugere non possit.

XLIX. Aliud tamen moribus obtinere dicunt: Hodie enim inter venatores receptum adserunt, ne volucrum vulneratam vel quam quis persequitur, persequenti

illicet præripere, eò quod non tantum abstinere debeamus ab alieno, sed & ab eo, quod prope alterius labore & industriâ est acquisitum, ne scilicet propinquam alicujus spem multis laboribus quæsitam intervertamus & fatigatam industriam fraudemus. Bocer. *Class. 5. Diss. 3. th. 14. in fin.* Mynsing. *ad §. 12. Inst. de R. D. Mohr. d. part. 1. c. IIX. n. 5. multisque seqq.* Rath. *eod. tract. th. 66.* Quod & olim Trebatio Jcto placuisse videtur *l. 5. §. 1. ff. de acq. rer. dom.* & à Friderico Imperatore comprobatum, teste Radevic. *de gest. Frideric. Lib. 1. c. 36.* Interim verò media ex his sententia, dimidiam nempe esse vulnerantis, dimidiam capientis, nisi vulnus sit adeo lethale, ut nihil accidere possit, quin capiatur à vulnerante Sebast. Medic. æquissima videtur *part. 11. de venat. pisc. & aucup. q. XLIX.*

XLIX. Nec (2) regulariter nostro communi Romano jure eorum, qui laqueos distenderunt & posuerunt, aves, quæ illis sunt illaqueatæ, promiscue efficiuntur, sed res indiget accuratâ distinctione, contrà ac Mohr. *d. l. c. IIX. n. 2. & 3.* Jacob, de Sanct. Georg. *tract. feudal. verb. & cum venationibus n. 5.* Pruckm. *d. l. c. II. n. 30* videtur. Nos putamus fortè multum interesse, num aucups laqueos aut instrumenta, quibus capit volucres, in publico, an privato; & si hoc, in suo, an alieno & quidem vel cum vel absque consensu Domini posuerit; vel avis ita hæreat, ut luctando vel nitendo sese plane expedire nequeat; an vero si diutius ita hæreat, se tandem extricare valeat. Quas distinctiones vel potius rationes dubitandi nobis suppeditat *l. 55. ff. de acquir. rer. dom.* Verum nihil hìc quidem decidemus; sed rem omnem ipsi actui disputandi reservabimus. Interim & hoc in casu loci consuetudo maximè attendenda venit. Medic. *d. part. 11. q. XX. n. 3.* Meurer. *part. III sub rubric. Von Federswildprät | Federspiel und Bogeln/*

gestu/ vers. und diewell. Quæ tamen ut alias, sic hîc ab alle-  
gante, & intentionem suam in ea fundante plenè & suffi-  
cienter probari debet. Geil. 1. Observ. 36. n. 16. Roch. de  
Courte in Enarrat. cap. cum tanto extr. de consuetud. p. m.  
678. n. 24. seq. Reinking. de Regim. Secul. & Eccles. Lib. II.  
clas. II. cap. IX. n. 19.

L. Multominus (3) verò volucres nostræ illis  
cedunt, in quorum arbores nidulos posuerunt, §. 14. Inst.  
de R. D. ibique Franc. Hotman. Enunc. 3. voc. volucres, quæ  
&c. Unde nec ciconiæ, quæ nidos in fastigiis domuum  
ædificarunt, domuum Dominorum erunt, nec apium ex-  
amen eorum, quibus arbores vel fruticeta sunt, quibus ad-  
hærent, decidente Imperatore nostro §. apium quoque de  
R. D. Jure Saxonico quidem statim Domino fundi apium  
examen acquiri, monet B. Dn. Carpzov. def. 4. 36. 4. per  
text. Des Reichbild. artic. 119. ibi: Fleuche ein Bienenz  
Schwarm aus eines Mannes Hause oder Hoff/ zu seinen Nach-  
bahren/ er ist dem Schwarm neher zu behalten der jener / der  
ihm nachfolget/ denn die Biene ist ein wilder Wurm. Quod  
tamen merito displicere videtur post Berlich. s. conclus. 50.  
Dn. Strauch Dissert. VI. th. 28. eò, quod propior dicatur  
Dominus fundi persequente, non ratione acquisitionis,  
sed quod prohibere persequentem possit ab ingressu fun-  
di sui.

LI. Apertior à jure communi recessus in d. Constit.  
Carolin. ibi enim sub rubr. von Immen ita laudatus Ca-  
rolus M. Ist es daß Immen außfliegen/ und fallen auff einen  
Baum/ und er denen drey Tage nachfolget/ so sol er jenen sas-  
gen des der Baum ist/ daß er mit ihm gehe/ und daß er seine  
Immen gewinne; sie sollen mit einander dargehen / und mit  
Iren an den Baum schlagen/ und mit Kolben / oder womit sie  
mögen/ doch also/ daß sie den Baum nicht verfeeren noch ver-  
derben;

decipere; Oder felle er an einen Zaun/ oder auff ein Haus/ oder  
woran es felle / so ist dasselbe Rechte als um den Baum / wenn  
er an den Baum die Schläge thut/ die hievor genant sind/ was  
der Zimmet herab fallen/ die sollen sein seyn/ und was darauff  
bleibet/ die sind jenes des der Baum ist.

LII. Ad accidentia aucupij referimus (1) va-  
rios modos, quibus aucupium nostrum expedire sole-  
mus, quales sunt: quod fiat vel retibus, vel laqueis  
vel pedicis, præcipitiis, decipulis, arcu, visco, ha-  
mo vel etiam accipitribus mit Blaufüssen und Falcken etc.  
Mohr *diät. tract. part. 1. c. 1. n. 14.* (11) Stata illa tempora,  
quibus vel religionis vel etiam publicæ utilitatis gratia  
aucupari prohibemur; illius generis sunt dies Festi, Do-  
minici, jejunij, quadragesimarum. Medic. *de venat. pisc. &*  
*aucup. part. 1. q. 111. n. 12.* Rath, *tractat. eod. tb. LXXXIIX.*  
Mohr, *part. 11. c. X. n. 1. seqq.* Franc. Zoanct. *de duplic. ve-*  
*nat. n. 35.* quid enim quæso prodest, ut jure conqueritur  
D. Ambrosius, jejunare visceribus, & luxuriare venationi-  
bus? abstinere cibis & errare peccatis? An putatis illum  
jejunare fratres, qui primo diluculo non ad Ecclesiam vi-  
gilat, non beatorum Martyrum loca sancta perquirat, sed  
surgens congregat servulos, disponit retia &c. *c. XII. &*  
*XIII. Distinct. 86.* Quod Virgil. verò *Lib. I. Georg. vers. 208.*  
*seqq.* canit:

*Quippe etiam festis quadam exercere diebus  
Fas & jura sinunt. Rivos deducere, nulla  
Religio vetuit: segeti prætere sepe:  
Insidias avibus moliri: incendere vepres:*

Ethnicismum sapit, nec ad nos nostramque pertinet Ec-  
clesiam.

LIII. Utilitatis publicæ causâ, ne scilicet nimia fiat  
avium depopulatio, aves veramur capere (1) si ova pari-  
unt,

unt iisque incumbunt, wenn sie in der Brütt seyn. Es ist  
bräuchlich/ inquit Meur. *part. 111 p. m. 57.* wird auch gemeini-  
glick bey einer Straffe solches zu halten/ geboten/ die Vögeln  
von angehender Fasten/ bis Johannis des heiligen Täuffers  
zu Sonnwenden nicht zu fahen. Saxoniz Constitutionibus  
centum florenorum poenā cautum reperitur, ut ab omni  
venatione post Bachanalia usque ad diem Bartholomæi  
abstineatur. *Sachs. Lands Ord. 111. von Vogel fahen. Arnold.  
Reiger. thesaur. jur. verb. venatio n. 4.* Cum quibus &  
plane coincidit, Sermi Nostri Principis Augusti B. M. Ducis  
Brunovic. ac Luneburg. Mandatum de dato 8. Jan. Anno  
1638. ibi non procul à fine: Als wir auch vor gewiß berich-  
tet worden seyn/ was massen die so wolbedächtlich von un-  
sern Herren Vorfahren an der Regierung außgelassenen Jacht-  
Ordnung mit den jagen/ nemblich von Lichtmessen oder den  
Anfang des Monats Februarij, bis an Bartholomæus Tag/  
oder an den Monat Septembris, allerdings einzuhalten/ gar  
aus den Augen gesehet/ und dajegen ungeschueet straffbahr ge-  
handelt wird. So haben wir in diesen öffentlichen Anschläge  
dieselbe hiemit geltent wiederholen wollen/ und seynd des gänz-  
lichen Vorhabens/ die Verbrechen deswegen in gebührende  
Straffe andern zum Abscheu nehmen zulassen. (2) tempore  
*nivis. Medic. part. 1. q. XI. n. 2. Rath. dict. Diss. th. XLII. Paul.  
Matth. Wehner. Observ. Pract. voc. Forstrecht p. m. 160. col. 1.*

LIV. (III) Ad accidentia illa referimus, quod au-  
cupium pertineat zum Minderweidewerck / oder kleinen und  
Niederwildprät / als da sind Rep = oder Feldhüner / und  
alles Federwildprät / Federthier und ander Gevögel groß und  
klein / & paucis interjectis: In Franconia Nobiles intelligere  
volunt: Unter dem kleinen Wildbahn sey hezen/ Hüner/ Has-  
sen/ Rehe/ Enten/ Krammetsvogel/ und alle andere Vogel zu-  
fangen/ auff Herden/ in Garnen/ und schieffen ihres gefallens.

F

Conf.

Conf. Mohr. *part. 1. c. 11. n. 68.* vid. tamen Meurer. *dict. part. 111. vers.* Zum andern & vers. doch dieweil.

L V. Denique (iv) huc suo modo referri possunt varij termini, quibus aucupes nostri uti consuevêre, qui magno numero deprehenduntur apud dict. Meur. *part. IV. sub rubric. Von Adelichen Weidwerck der Falken und Habicht/ item von den Habicht p. m. 73 & 74.* ubi legi pro lubitu possunt; nostri instituti ratio eos hic inserere non patitur. Illud saltem addimus, communi ferè inter nostros venatores & aucupes receptum esse consuetudine, ut qui in horum terminos impingat, flagro quodam ligneo seu tabellâ super nates percutiatur, daß man dem das Weidemeser schlage oder pritsche/ quem morem à Romanis antiquioribus ad Germanos dimanasse, probat Simon. *Majol. rom. 2. dierum canicul. coll. 6. fol. 353.* citante Besoldo, *Thesaur. pract. sub vocab. Weidmesser schlagen.*

LVI. Tandem Finis nostri sequitur aucupii, qui, ut hunc breviter, &, ut dici solet, tribus verbis addamus, partim utilitas ejusdem est, partim jucunditas. De hac elegans locus Horatii *Lib. Exod. 11.*

*Aut trudit acres hinc & hinc multa cane*

*Apros in obstantes plagas,*

*Aut amite levi vara tendit retia,*

*Terdis edacibus dolos:*

*Pavidumque leporem, & advenam laqueo graem,*

*Jucunda caprar premia.*

*Quis non malarum, quas amor curas habet,*

*Hec inter obliviscitur?*

*Ille elucescit, tum ex insigni usu voluerium ad victum & ornatum, imò amictum etiam,*

*— — Avium quoque versicolorum*

*Indumenta novis texentem plumia telis*

Inquit

Inquit Prudent. in *Hamartigenia*. Et L. An Seneca *Epist. ad Lucilium XC.* quid ergo? numquid non pelles ferarum & aliorum animalium à frigore satis abundeque defendere queunt? non avium plume in usum vestis conferuntur? non hodie magna Scytharum pars, tergis vulpium induitur &c. p. m. Edit. Amstelod. 303. Tum ex singulari conservatione valetudinis, ejusdemq; collapsæ restauratione. Memorabile est, quod Razes Arabs autor gravissimus, ex Galeni sententia, memoriæ mandavit, videlicet: in quadam peste contigisse, ut, dum omnes ferè perirent, soli venatores & aucupes, ob summam valetudinem assiduis venationibus partam incolumes evaserint. Hieronym. *Mercur. de art. Gymnastic. lib. VI. c. XIII. lit E.* Verùm hos sæpius ob nimium & violentum motum in graves etiam incidere morbos experientia docet.

## CAPUT VI.

### De Effectu Aucupii.

#### XLVII.

**H**Actenus origo, personæ res & modus: nunc sequitur justo ordine effectus qui est volucrum occupatarum domini acquisitionis: Feræ enim bestię (inquit Noster §. 12. *Inst. de R. D.*) & volucres & pisces & omnia animalia, quæ mari cœlo ac terrâ nascuntur, simulatque ab aliquo capta fuerint, statim illius esse incipiunt: quod enim ante nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur. Neque interest jure nostro Romano quoad hunc effectum, an in suo, an alieno fundo fiat aucupatio d. §. 12. an Domino ignorante, vel consentiente, an prævidente eo & prohibente l. 3. ff. de acq. rer. dom. §. 12. *Inst. de R. D.* Jacob. de S. Georg. *dict. tract. n. 3.* ubi præjudicium,

LIIIX. Etenim quamvis quidem Dominus contra prohibitionem ingressum aucupem *injuriarum* convenire possit *l. 13. in fin. ff. de injur. arg. l. 25. ff. de act. empt. vend.* vel etiam *ex L. Aquilia*, si forte fructus fundi læserit. Giphani. *ad d. §. 12.* Non tamen efficere potest, quominus aves captas sibi acquirat; quia hic non jus soli, nec ingressus prohibitus; sed occupatio rei communis jure licita inspicienda est. Licet enim aves vel volucres in alterius agro subsideant; manent tamen & sunt adhuc nullius: Quod autem nullius est, id naturali ratione occupanti cedit *d. §. 12.* Ludwel. *Disp. ad Inst. IV. th. V. lit. c.* Fransk. *ad d. §. 12. n. 6.* Capol. *de Servit. Rust. præd. in rubr. de aucupat.* Paul. Berens. *Dissert. ad Inst. III. them. 11. quest. 1.*

LIX. Impugnant quidem effectum nostrum Jacob. Cujacius *IV. Observ. c. 11. in fin.* itemque Glossarum Autor *ad d. §. 12. in verb. ingrediatur.* magnopere & (1) *l. 55. ff. de acq. rer. dom.* (2) *l. 17. & l. 22. C. de R. V.* (3) *l. Divinis 16. ff. de Servit. præd. Rustic.* Sed frustra forsitan: quippe (1) *d. l. 55.* si penitus pensetur, confirmat magis nostrum suppositum, quàm quod ei quicquam officere possit. Quamquam initio quidem Jctus d. m. distinguere videatur, per modum tamen rationum dubitandi id facit; *videamus*, inquit, *ne intersit &c.* ipsa vero decisio generalis est, & simplex *vers. summam &c.* aprum scilicet ejus fieri, in cujus potestatem venerit; ubiennque tandem laqueus positus fuerit. Dominic. Arumæ. *Exercit. Justin. IV. th. XI.* Dn. Struv. *Evolut. controv. Exerc. XLI. th. IX. vers. nec interest.* Nec (2) *l. 17. & l. 22. C. de R. V.* quicquam obstant; loquuntur enim de malæ fidei possessoribus, quos nostro casu occupantes esse negamus; cum non rem alienam, sed suam rem jure gentium acquisitam possideant *d. §. 12.* & ad hunc  
Lud-



Ludwel. *comment. inst. verb. plane qui alienum*. Nec denique (3) *l. 16.* refragatur: aliud enim est, venari in alieno, aliud quid capere in alieno, ut tuum facias & acquiras, uti fusè deducunt Donell. *Lib. IV. Comment. c. 8.* Roland. à Valle *Vol. II. Consil. IX.* Exemplo rem declarat Medic. *part. 2. quest. VII. n. 11.* Usus meretricius, dicit, & jure divino & naturali est prohibitus; si tamen quis contra has prohibitiones meretricatus fuerit, & inde quid adquisiverit, restituere non tenetur. Ità quidem nostri Doctores ex Jure Romano ejusque principiis respondent *d. l. 55. ff. de Acq. rer. Dom.* ejusque decisionem defendunt: sed nos rem omnem supra thes. 49. actui disputandi reservavimus, in quo porò de hac re videbimus.

LX. Sed quid de moribus nostris dicendum, an & si quis contra edictum Principis, vel aliorum, quibus illud prohibere convenit, aucupatus fuerit, aves sibi acquirat: Et hoc volunt Hier. Arnold. Rath. *d. Diss. th. LIV. Medic. tract. eod. quest. VII. n. 11.* Nisi Edicto specialiter sit insertum, ne acquirantur. Medic. *d. l. Rath. d. l. & th. L.* Igitur hac de re constitutiones provinciales & consuetudines singulorum locorum sunt consulendæ.

LXI. Cuius nunc consecrarium est, furtum omnino facere eos, quicumque (1) tali modo occupatas & possessas aves ex aviario, columbario, vel alio quocunque loco, quo inclusæ fuere, surripuerint. Mohr. *part. I. c. V. n. 1.* neque referre puto, an evolent ex his dictæ aves, modò animum revertendi retinuerint, de quo supra *th. 38. seq. l. 8. §. 1. ff. famil. erciscund.* vel monili aut alio signo eines Herren Bapen/ Meur. *part. III. p. m. 76. vers. item dieweil ein 26. ywεισματα* vocat H. Grot. *de I. bel. ac. pac. Lib. II. c. IIX. n. 111.* insignitæ, seu ornatae fuerint. Consentit *d. Constit. Carol.*

*Carol. sub rubr. von wilden Vögeln / ibi: Hat das Federspiel ein Masse und entrinnet das einem Manne / man sol ihm mit Rechte das wiedergeben / wie lange es aus ist: nisi tamen vel ex annis monili insculptis, multum temporis effluxisse, appareat, quo verisimiliter animum revertendi deposuisse constat. Pruckm. ad. d. §. venatio c. 11. n. 34. Vel signa naturalia sunt, & talia quæ absque hominis facto avibus contingere possunt, v. g. si unguibus careant. Simile jus est, si quis Falconem aut accipitrem compeditos, wann er gefesselt ist / ceperit, Gl. des Reichbildes ad art. 118. n. 7. Recte proinde Bartolum consuluisse constat, tract. de Falcone incip. Comes Guido de Baluchardo; rusticum nobili, qui inter aucupandum Falconem amiserat cum sonaleis & gestis (sunt elegantiaæ sæculi) quem ille in domum suam portaverat, & sub banco tenuerat, dando illi comedere carnes salvas, caseum & rapas, quibus omnibus utebatur ipse rusticus, unde mortuus, restituere teneri. Conf. Jacobin. de S. Georg. tract. de Feud. ad verb. & cum venationibus n. 7.*

LXII. (II) Qui fraude & arte apes ex apiario, columbas ex columbario, vel alias cicuratas aves ex suis locis quocunque modo averterit, & ad sua pellexerit l. 37. ff. de furt. Dn. Ludwell. Comment. ad §. apium quoque verb. *fera natura* Medic. part. 1. quest. VII. n. ult. Mohr. dict. part. 1. c. 1. n. 10. Rath. Th. C. & CI. Schneidwin. Comment. ad §. pavonum quoque n. 3. Franc. Hottman. ad eund. §. Enunc. 2. in fin. Ubi hæc & alia fusius. Nobis, qui Sciographiam tantum dare, & primas juris aucupandi ducere lineas, propositum, hæc sufficiant. Deo Ter. Opt. Max. immortalibus pro jugi & immensa gratia agentes gratias, ardentibusque suspiriis supplicantes, ut porro omnibus nostris studiis in principio medio & fine clementissimè adesse

adesse non dedignetur. Te verò, quisquis tandem sis,  
Benevole Lector, Benigne censor, ut hæc, qualiacunque  
etiam sint, æquo animo accipias, erratis minusque exqui-  
sitis veniam pro tua humanitate des, mihi que faveas  
etiam atque etiam rogo & obnixè  
contendo.

F I N I S.

---

**T**Empus erat, cum sylva & campi, & pascua rura,  
Aërque, & cunctis cærule Thetys aquis,  
Æquali ad cunctos spectarent jure, malasque  
Arceret lites mutuus orbis amor.  
Mox gens aucta hominum & crescens discordiâ leges  
Tam dedit illa solo, quam dedit illa salo.  
Iam clausum mare, jam fluvii, saltusque ferarum,  
Descriptisque regit finibus arva lapis.  
Communemque prius, ceu lumina Solis amici,  
Audimus leges æthera ferre suas.  
Sylvani in regnis volucrum est gens libera, sed non  
Libertate pari debuit illa capi.  
Hæc nos jura doces propriis è fontibus, & quos  
Hic mores ætas prisca recensque tenet.  
Sic bene! Sed Procerum venari perge favorem,  
Atque Ducum: Aucupium gratius illud erit.

Auca-

*Aucupium, cui non leges & jura repugnant,  
Cui metas virtus ingeniumque dabunt.*

Benevolentiae testandae causa  
scripsit

HENRICUS MEIBOMIUS.

---

*Nobilissimo ac Doctissimo*  
DN. BERTRAMO de Braverdinghausen

Amico honoratissimo

DE AUCUPIO

differenti

L. M. Q. G.

**Q**uid sectaris Aves? mirari desino. Tellus  
Non sufficit capaci pectori.

CHRISTIANVS PAVLLI, Danus  
Sim. Fil.







*Kh 1694*

ULB Halle

3


002 163 39X



*56.*

*10A7*






DISSERTATION







ACADEMICVM

13

PRO EIVS  
VRE

TE GRATIA,

S EICHELII

arum in Illustri hac  
ublici & Ordi-

s ac Promotoris  
ervandi

ensis Junii

nifitioni subiicit

erdinghausen

D I,

LERI, Acad. Typ.

clo lo c lxxii.

